



Liceo Classico “G.B. Morgagni”

Concorso di traduzione dal latino “Tebaldo Fabbri”

PROVA DI TRADUZIONE PER IL BIENNIO – SEZIONE CLASSICO / SCIENTIFICO

STRATEGIE BELLICHE DI CESARE

Germanico bello confecto, multis de causis Caesar statuit sibi Rhenum esse transeundum; quarum illa fuit iustissima, quod, cum videret Germanos tam facile impelli ut in Galliam venirent, suis quoque rebus eos timere voluit, cum intellegerent et posse et audere populi Romani exercitum Rhenum transire. Accessit etiam quod illa pars equitatus Usipetum et Tenctherorum quam supra commemoravi praedandi frumentandique causa Mosam transisse neque proelio interfuisse, post fugam suorum se trans Rhenum in fines Sugambrorum receperat seque cum iis coniunxerat. Caesar his de causis quas commemoravi Rhenum transire decreverat; sed navibus transire neque satis tutum esse arbitrabatur, neque ad suam neque ad populi Romani dignitatem pertinere statuebat. Itaque, etsi summa difficultas faciendi pontis proponebatur propter latitudinem, rapiditatem altitudinemque fluminis, tamen id sibi contendendum aut aliter non traducendum exercitum existimabat.

(da Cesare)

Dopo aver tradotto rispondi ai seguenti quesiti.

1. Riga n° 2: *quod*: quale valore sintattico ha?
2. Riga n° 2: *ut*: quale valore sintattico ha?
3. Riga n° 5: *praedandi frumentandique causa*: quale proposizione è? Conosci altri modi per esprimerla?
4. Riga n° 9: *faciendi*: qual è il passivo di questo verbo?
5. Riga n° 11: *contendendum*: di quale costrutto si tratta?



Liceo Classico “G.B. Morgagni”

Concorso di traduzione dal latino “Tebaldo Fabbri”

PROVA DI TRADUZIONE PER IL BIENNIO – SEZIONE LINGUISTICO / SCIENZE UMANE

UN ORACOLO AMBIGUO

Exiguus numerus Troianorum urbem ardentem reliquerat et in colles finitimos confugerat. Ibi Aeneas cum patre sene et parvo filio paucisque comitibus convenit atque brevem sed acrem orationem habuit ut omnium animos confirmaret: “Troiani, patria nostra a Graecis capta incensaque est, tamen nolite desperare de salute vestra: deorum auxilio novam Troiam in aliis terris condemus”. Troiani, cum Aeneae verba laeti accepissent, classem comparaverunt ut terras ignotas peterent. Primum, cum naves ascendissent, ad Thraciam cursum direxerunt. Ibi Aeneas comitibus imperavit ut novae urbis moenia aedificarent. Sed accidit ut immane portentum Troianorum duci tantum terrorem afferret ut sine mora statuerit terram inhospitalem relinquere et ad insulam Delum navigare, consulturus oraculum dei Apollinis. Cum in insulam pervenisset et ad Apollinis templum ascendisset, deum sic rogavit: “Ubi considerare debent Troiani? Quo imperas ut pergamus?”. Deus dubium responsum edidit: “Troiani, antiquam matrem quaerite”. Aeneas oraculum non intellexit, sed pater Anchises exclamavit: “Ego oraculum intellego, antiqua mater Troianorum insulam Creta est”.

Dopo aver tradotto rispondi ai seguenti quesiti.

1. Individua e analizza i participi che si trovano nel brano.
2. Indica i valori degli “UT” presenti nel testo.
3. Riga n° 8: *afferret* che modo e che tempo è?
4. Scrivi le forme di tutti gli infiniti attivi e passivi del verbo *fero*.



Liceo Classico “G.B. Morgagni”

Concorso di traduzione dal latino “Tebaldo Fabbri”

PROVA DI TRADUZIONE PER IL TRIENNIO

MORIBUS ANTIQUIS RES STAT ROMANA VIRISQUE

Moribus antiquis res stat Romana virisque, quem quidem Ennius versum vel brevitate vel vetustate tamquam ex oraculo quodam mihi esse effatus videtur. Nam neque viri, nisi ita morata civitas fuisset, neque mores, nisi hi viri prae fuissent, aut fundare aut tam diu tenere potuissent tantam et tam fuse lateque imperantem rem publicam. Itaque ante nostram memoriam et mos ipse patrius praestantes viros adhibebat, et veterem morem ac maiorum instituta retinebant excellentes viri. Nostra vero aetas cum rem publicam sicut picturam accepisset egregiam, sed iam evanescentem vetustate, non modo eam coloribus iisdem, quibus fuerat, renovare neglexit, sed ne id quidem curavit, ut formam saltem eius et extrema tamquam liniamenta servaret. Quid enim manet ex antiquis moribus, quibus ille dixit rem stare Romanam? quos ita oblivione obsoletos videmus, ut non modo non colantur, sed iam ignorentur. Nam de viris, quid dicam? Mores enim ipsi interierunt virorum penuria, cuius tanti mali non modo reddenda ratio nobis, sed etiam tamquam reis capitis quodam modo dicenda causa est. Nostris enim vitiis, non casu aliquo, rem publicam verbo retinemus, re ipsa iam pridem amisimus.

(Cicerone, *De Re Publica*)

Commento in lingua italiana (max. 30 rr.) che illustri le capacità di riflessione dello studente sul brano tradotto.